



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Complectitvr Mysteria Diuinitatis, Trinitatis, & perfectionum Dei: ac
de beneficiis eius in homines, naturalibus & supernaturalibus

Puente, Luis de la

Coloniae, Anno M.DC.XII.

Med. 9. De infinita Dei charitate & amore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-38214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-38214)

dium: quod incipit quidem in hac vita, sed implebitur in futura, transeundo à gaudio temporali ad sempiternum.

DENIQUE hinc intelligam, quàm sit detestandum, amare aliquam voluptatem, quam Deus noster prohibuerit, contemnendo videlicet voluptates cęlestes, ut fruamur terrenis; & abiiciendo infinitum & æternum gaudiũ, pro aliquo limitato & temporali. dolebo igitur eorum vicem, qui in talem incidunt inordinationem; & quòd ego in eandem incidere: statuam verò firmiter, me serio emendare: Neque enim (Iob teste) *h potero in omnipotentia delectari, si ab eius seruitio recessero.*

h Iob. 27. 10

MEDITATIO IX.
DE INFINITA DEI CHARITATE & amore.

S. Thom. 1.
p. q. 20.

S. Thom. 1.
2. q. 26. a. 1.
¶ 4.
¶ 2. 2. q.
27. a. 2.
q. 23. a. 1.
q. 31.



MOR est complacentia quædam in bono: propterea quod nostra natura sit conueniens. Eius præcipui actus sunt tres. primus est generalis, & vocatur beneuolentia, hoc est benè alteri velle, complacentia mihi in bono, quod iam habet; aut optans, ut habeat. Secundus est amor quem vocamus Concupiscentiæ, quo aliquid amamus, ob utilitatem propriam nostram, aut alterius; sicut

amila

amamus pecuniam; cibum, & seruum. Tertius est actus amoris, qui dicitur Amicitia, inter duas personas, quae se inuicem diligunt propter bonum, quod in ipsis est; agnoscetes quod se ament: & quando tale bonum est supernaturale, talis amicitia appellatur charitas. Ex his tribus actibus amoris oritur quidam alius exterior, qui vocatur beneficentia qua benefacio ei, quem diligo: His praemissis, aggrediemur meditari, quidquid complectitur infinita Dei charitas & amor, tam erga seipsum, quam erga omnes creaturas; sed praecipue erga homines, & inter hos specialiter erga iustos: suppositis praeterea multis alijs, quae in praecedentibus Meditationibus dicta sunt, pertinentibus ad charitatem Dei, propter connexionem, quam cum ipsius bonitate habent.

PUNCTVM II.

CONSIDERANDVM primò, quod Deus Dñs noster amat seipsum, & infinitam suam bonitatem amore infinito: & sicut Essentialiter est ipsamet bonitas, ita Essentialiter est ipsemet amor a & charitas sua; complacens sibi de ipso suo bono, ac de omnibus perfectionibus quas habet, de sua sapientia, omnipotentia, & ceteris. Et hic amor ordinatissimus est ac sanctissimus, & consentaneus, ac debitus infinitae ipsi bonitati, sanctitati, & pulchritudini Dei; ideoque multum distat ab eo, quae hic vocamus *amorē proprium*, quo quis amat seipsum ad eò inordinata proprietate, vt excludat amorem, rebus alijs debitum.

I.

De amore Dei ad se ipsum.

a 1. 104. 4. 8

SED

II.

Arist. 8. &
9. Ethic.
S. Thom.
supra. & 2.
2. q. 25. a. 7.

SED ulterius pergam, perpendendo, quod in Deo Domino nostro sit infinitus amor amicitiae & charitatis: quia inter ipsas tres diuinas personas inueniuntur cum infinita excellentia, omnes perfectiones perfectae amicitiae, *aequalitas* videlicet personarum, *coniunctio* voluntatum, & *communicatio* rerum omnium, qua vult & cupit amicus amico Esse, & vitae, & omnia bona; & communicat illi, quae ipse habet, conuersando cum illo intimè, & lætissimè, aperiens illi omnia sua secreta, & praeteris, antiquitas & constantia in amore, ac denique vt sit inter paucos. Quae omnia (vt supra Meditatione quarta est dictum) inueniuntur inter Patrem, & Filiū, & Spiritum S. quia omnes tres sunt aequales, & quidem aequalitate infinite perfectionis, & sunt summè vnitate in Essentia, & vnitate voluntatis in rebus omnibus: Habent etiam infinitam communicationem, & omnia, quae in ea sunt, communia sunt; nec est vllum secretum inter ipsas: amor illarum est æternus, semper fuit, est, & erit semper; est denique inter paucos, quia non sunt nisi tres; nec erat possibile, infinitam illam amicitiam ad plures personas se extendere.

Ex hac consideratione magnos hauriam effectus gaudij & fiducia, ob multos titulos & causas. *Primum* gaudebo, quod se ipsum Deo diligat, quantum potest, & quantum diligemetur, ita vt eius bonitas & amor simul & pariter currant; neque amor maiorem operetur bonitatem.

bonitatem, qua alatur; nec bonitas optet aliū amorem, qui plus illam amet. Et siquidē ego amo Deum, æquum est, me gaudere, quòd videam expletum desiderium amandi, quo charitas illa tenetur; & quod bonitas habet, vt ametur.

Demde gaudebo, quod infinitus amor, quē Deus habet erga se ipsum & Bonitatem suam, causa sit & origo amoris, quem habet ad creaturas: & amicitia, quam tres diuinæ personæ habent, sit causa & exemplar amicitia, quam habet cum Angelis & hominibus. Et hic diuinus amor, est sollicitator & excitator continuus in ipso Deo, vt nos amet. Quamobrem magnam possum habere fiduciam, quod semper me diliget, quia amat seipsum; & propter ea vult amare me, & quidquid aliud amat. Quod si Apoff. de se fatetur, *charitas Christi* 2. Cor. 5. 14. *vrget nos*; quasi diceret, charitas & amor, quē erga Christum habemus, calcar nobis addit, & vrget, vt nostros etiam proximos diligamus; quāto magis charitas & amor, quem Deus ad suam bonitatem habet, vrgebit illum, vt suas creaturas amet, sicut in subiectis punctis apparebit.

PUNCTUM II.

DEINDE considerādus est magnus amor Dei Domini nostri, erga omnes suas creaturas, per pensis rebus aliquibus insignioribus. Amor Dei erga homines.

PRIMA est, differentia inter nostrum & Dei

L

fateor impossibile esse, ut ego eo modo te diligam, quod tu me: nam ego possum tibi bene velle: sed non possum benefacere, aut aliquid dare, quod tu non habeas: volo tamen eo modo, quo poterō, tibi dare quod mihi das; tibi seruiēs, & pro omnibus gratias agens: & quod tibi dare non possum, dabo meis proximis, amore tui.

II.

S. Thom. 1.
2. q. 27. a. 3

DEINDE perpendam, quod Deus Dominus noster incomparabiliter plus amet hominem quam ceteras creaturas huius mundi spectabilis: quia si similitudo in bono, est causa amoris; & quod similitudo est maior, eō vehemētiōr est amoris propensio: nam qui sunt similes, ita aspiciunt sese atque si essent vna eademque res: quā ratio vnitatis, vtrumque inclināt ad se amandum. Cū autē reliquæ creaturæ, tantūm sint quasi vestigium quoddam ipsius esse Dei, homo verō sit imago & similitudo ipsius, capaxq; eius amicitia, & familiaritatis cū eo; sit, ut Deus Dñs noster plus amet hominem, q̄ reliquas omnes creaturas visibiles; ob similitudinem prædictam, q̄ cum illo habet: & ideo reliquas creaturas ad hominē, tanquam ad vltimū earum finem destinavit.

Ex hoc intelligā, quāta obligatione teneor, Deū diligere: si. n. similitudo causa est amoris, quantū teneor diligere eū, qui me creavit ad suā imaginē & similitudinē? c si omne animal diligit simile sibi, & vnaquæq; res gaudet coniungi sibi simili, quomodo nō diligā ego Deū, & gaudebo illi cōiungi qui tanto amore fecit

c Eccl. 13. 19

me si.

me sibi similem? O Deus Trine & Vne, qui in
 creatione hominis ostendisti signa infinitæ a-
 micitiæ & vnitatis, quã habes intra te ipsum,
 d *Gen. 1.26* dicentibus tribus personis: *d faciamus hominẽ*
ad imaginem & similitudinem nostram: conce-
 de, vt eo te amore diligam, quo omnes facul-
 tates animæ meæ conspirent, & vniantur, ad
 amandum & glorificandum te, ob similitudi-
 nem, quam mihi dedisti; & amorem, quem eã
 similitudinem mihi dando ostendisti.

III.

S. Thom. 1.
p. q. 2. a. 2.
c. & psal. 15. 2.

HINC nascitur tertia excellentia, quæ emi-
 net in hoc amore; quòd scilicet Deus Domi-
 nus noster, amet creaturas spectabiles huius
 mundi, præter hominem, nõ amore amicitie,
 cuius illæ non sunt capaces; sed solum amore
 concupiscentiæ, quia vult illis bonum quod
 habent, non propter suum emolumentum, quod
 vt dixit Dauid, *e bonorum meorum non eget;* sed
 propter vtilitatem hominum, ad eorum scilicet
 vitæ conseruationem, delicias, oblectatio-
 nem, & alias commoditates, quas creaturæ a-
 liæ nobis adferunt: nam quòd illæ non possent
 Deum amare, nec laudare, ob accepta ab eo
 beneficia, voluit omnes illas destinare in vtili-
 tatem & vtilitatem alterius creaturæ, quæ earum
 hoc defectum suppleret, ipsum Deum ama-
 do & glorificando, quod reliquis creaturis de-
 derit tale esse. Ex quo magnum admirationis
 affectum concipiam, ac dicam cum Dauid: *quid est hamo,*
quid est hamo, quod memor es eius? aut filius ho-
minis, quoniã visitas eum: gloria & honore coro-
nasti eum, & constituisti eum super opera ma-

f psal. 8. 5.

num tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius,
 oues & boues vniuersas, insuper & pecora cam-
 pi, volucres cœli, & pisces maris: Domine Do-
 minus noster, quam admirabile est nomen tuum
 in vniuersa terra! O Deus animæ meæ, non
 est nomen tuum minus amabile quàm admi-
 rabile: quidquid enim admirabile fecisti
 cum homine, id fuit, quia illum amasti; &
 vt ille vicissim te amaret, cui manifestasti, te
 summè esse amabilem. Ex hoc pergam ratio-
 cinando, & infinitos inquirendo titulos, amā-
 di ipsum Deum, ob infinita opera amoris, quæ
 accumulât in me ipso. nam amans Deus innu-
 meras creaturas, amat me in omnibus illis; &
 ab eis transit eius amor in me: sicut parens a-
 mans vestem, cibum, mâcipium, & cætera pro
 filio suo, in illis omnibus amat filium: nam
 præcipua ratio, qua mouetur ad illa amanda,
 est ipse filius; ita Deus hic, & Pater amantif-
 simus amans cœlos, stellas, & planetas, me
 quoque amat. nam quod illa amet, & quod il-
 lis det bonum, id totum vult propter meam
 veilitatem. Et eadem ratione amans elemen-
 ta, mixta, plantas, & omnes animantes, simul
 me amat, quia amat illa pro me; & benè illis
 facit, vt mihi beneficiat. Et siquidē Deus amat
 me in omnibus creaturis prædicto modo, equū
 est vt ego eundem in illis omnibus amē; amans
 ipsas creaturas, propter bonum, quod ipse il-
 lis dedit; & ad illius gloriam, qui illud eis
 dedit: nec vtens illis, nisi ob ipsius amorē &
 obsequium. O Deus æterne, amator & bene-

VI. Part. Medit.

h

factor

factor omnium creaturarum, confiteor me mille nominibus teneri, amare te ex toto corde meo. & siquidem tu diligis innumerās creaturas, quæ non possunt tibi reddere amorem pro eo, quæ erga illas habes, obstrictus ego sum, ad te, pro omnibus illis amandum. Oportet haberem corda, quot mihi creaturas dedisti, ut illis omnibus te diligerem & glorificarem, reddens tibi debitum, quod illæ reddere non possunt, & cuius ego sum reus, illarum causa.

PUNCTVM III.

TERTIO consideranda est vniuersalitas huiusmodi amoris Dei, à quo nulla creatura excluditur, eo ipso quod habet esse.

iuxta illud Sapientis: *a diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. neque enim odisti aliquid constituisti aut fecisti. Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses?* Quæuis itaque Deus peccatum odit, & peccatorem quæ malus est; non tamen odit eius naturam, neque bonum, quod ipse illi contulit. Et quæuis ingratus ille sit, nec agnoscat suum benefactorem; non tamen ille ab eo, tanquam sua creatura, amando hoc amoris genere, desistit; sed communicat illi naturalia bona, quæ solet ingratum.

TRIA hinc documenta discam, Primum est hoc nomine, quod Deus me amet, ob naturale bonum quod mihi dedit, petere ab illo, ut remoueat à me quidquid mali ego adieci: adferamque opportunè illud Iob: *manus tuæ fecerunt me & plasmaverunt me totum in*

b Iob 10. 8.

circum

circuitu, & sic repente precipitas me? O conditor & formator mi, ne patiaris, me ruere in talia peccata, quæ te prouocet ad me precipiandum in infernum: destrue, Domine, quod ego mea culpa feci, propter amorem illū, quo prosequeris id, quod in me propter tuam bonitatem fecisti.

II.

SECUNDVM est firmo ratoque animi decreto statuerē, non odisse rem vllam earum omnium, quas Deus amat, sed amorem meum omnino cum ipsius amore conformare: ideoque licet hostis mei scelus oderim, nunquam tamen eius personam: sed eam potius amabo, sicut Deus illam amat; desiderans illi bona omnia, quæ Deus illi confert; & conferre cupit; eroque memor eius, quod ipse Christus iussit: *diligite inimicos vestros, benefacite ijs qui oderunt vos, vt sitis filij Patris vestri, qui in celis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos, in signum quod illos amat.*

S. Thom. 2.

2. q. 25. a. 6.

c. Mat. 5. 44.

III.

DENIQUE quoniam hic amor, Deum in omnibus suis operibus, vniuersim comitatur; iuxta illud Sapientis: *d neq, odians aliquid constitisti aut fecisti* & illud S. Dionysij: amor est causa omnium rerum, quas facit qui amat: si ergo Deū amore feruenti diligo, conabor illū in hoc imitari, vt amor hic principium sit mediū, & finis meorum operū; ita vt omnia illa incipiant cū amore, & pergant cum amore, eaque faciam propter amorem magni huius Dei, qui ad eum me amat; & tunc amabo illum

d Sap. 11. 25.

Cap. 4. de diuin. nomin.

S. Thom. 1.

2. q. 28. a. 6.

e Dent. 6. 5.

e ex toto corde meo, tota anima mea, spiritu & viribus, vt præscribit præceptum amoris. O dilecte mi; siquidem semper amas, & cum amore operaris: nec cessas amare aut operari, (si enim tu cessares, omnia desinerent esse) concede mihi, ne vnquam cessem te amare, aut propter amorem tuum operari, sed *f. facia* (quod tuus Apostolus iubet) *omnia opera mea in charitate*: nam si hæc cessat, & ego esse desinam in tuo conspectu. nam Apostolo teste, *g si charitatem non habuero nihil sum*, nihil valeo, nihil mereor; & si quid habeo, id est ex amore tuo.

f. 1. Cor. 16.

14.

g. 1. Cor. 13.

2.

PUNCTVM IV.

Amicitia
Dei cum
hominibus.

QUARTO consideranda est magnitudo charitatis & amoris Dei erga homines cum quibus desiderat veram amicitiam inire, in omni ea perfectione, quam potest habere amicitia inter creatorem & creaturam: est ergo discurrendum per præcipuas eius proprietates superius insinuatæ.

I.

PRIMA proprietas amicitie est, vt sit inter aliquo modo æquales, siue omnimoda sit æqualitas, qualis esset inter duos ciues intimè coniunctos; siue cum aliqua proportione, habet scilicet ratione excellentie status alterius patris; qualis esset inter Regem & eius familiarem, inter Patrem & Filium. Ex quo prouenit, vt quando alter amicorum est altero multo excellentior; hic illum eleuet ad maximam

Arist. 8.
Ethic. c. 10.

quam

quam potest excellentiam, & ita dixit S. Hieron. *Amicitia pares accipit, aut facit*. Et huius generis est amicitia; quã habet Deus cum hominibus. Videns enim magnam inæqualitatẽ nostri Esse naturalis ad suum, voluit ex infinita sua bonitate, nos eleuare ad excellentissimũ aliud Esse, supra totam nostram naturam; cui inniti posset vera amicitia, *donans nobis* (vt ait S. Petrus) *maxima, & pretiosa promissa gratiã, vt per hac efficiamur diuina consortes natura,* maxima, quã creaturã sit possibilis, conformitate; non solũ nos in amicos accipiens, sed filios etiam suos faciens, hæredes regni sui, & beatos sicut ipse est; adeo vt b *dixerit ipse. Dij estis & filij excelsi omnes;* nostrasq; animas acceperit in suas spõsas, idq; totũ ex mera gratia, & quia ipse bonus est; & ostendit infinitam suam bonitatem, dum admittit creaturas suas, & mancipia sua, vt fiant participes infinitæ amicitie, qua tres ipsæ diuinæ personæ sunt coniunctæ. Et quamuis non sit possibile, equalitatem habere cum infinita eius excellentia; eius tamen affabilitas infinita, hanc supplens distantiam, nos vocat nominibus equalitatis, vt apparet in Canticis canticorum, vbi ipse appellat animam, *c sororem & sponsã;* eademque ipse tribuit animæ Epitheta laudis, quæ illa ipsi. O Deus dulcissime, amabilis super omne, quod cogitari potest; magnum satis illud fuit beneficium, quod me ad imaginem & similitudinem tuam condideris; sed infinita tua charitas, a dhuc me voluit ad altiore

S. Hieron.
in Mich. 7.

a 2. Pet. 1. 4.

b Psal. 81. 6.

c Cant. 4 9

maiolemq; similitudinem eleuare, vt maiora ostenderes mihi amoris indicia. Iam nō est cur mirer sicut Dauid, quod *me constitueris* in Esse naturali, *super omnia opera manuum tuarū* naturalia, & terrę huius: siquidē dignatus es eleuare me ad quoddam Esse supernaturale, illi par, q̄ est super cœlos. In primo illo esse *inuisti me paulo minus ab Angelis*: quibus tamē, in secundo hoc Esse me parē fecisti, & similem tibi Creatori & sanctificatori omnium sanctorum, vt te amem, & sanctificem nomen tuum in terra, sicut illi faciunt in cœlo.

II.

S. Thom. 2.

2. q. 27. a. 5.

Ex prima hac perfectę amicitię proprietate, oritur secunda, quod .i. amicus amico suo, velit & optet Esse, & vitā, & omnia bona, quę illi dare potest, cōmunicet liberaliter propter amorem, quē habet erga illū, in qua proprietate est eminentissimus magnus noster amicus Deus, nam pręterquā quod nobis bene velit & beneficiat, dans nobis Esse & vitam naturalem, vult etiā nobis Esse supernaturale, vitā gratię

d Luc. 15. 32

& glorię eternam, cū innumeris bonis, quę illi iam comitantur, vsq; ad illud verbum dicitur *mea tua sunt*, quia *amicorū omnia sūt cōmunia*.

e Cant. 5. 16

& quod Deus habet, vult pro amicis suis. *O dilecte & amice noster*, quā abunde explere hanc legem perfectę amicitię, dum propter tua bona facis tuis amicis communia. Et quomodo ego eandem legem implebo, qui propria bona nulla habeo, quę facere possim communia? *f Omnia sunt tua, & quę de manu tua accipi, hoc dabo tibi, ppriā meā voluntatē, & amo-*

fr. Paral.

29 14.

rem proprium faciam communem; exequens
quidquid tu volueris, & a mans q tu amaueris,
nihil proprij mihi ipsi volens, sed totum tibi.

III.

S. Thom. 1.
2. q. 28. a. 1.
S. Aug. 4.
Confes. c. d.
S. 2. Retr.
c. 1.
g. 1. Corint.
6. 17.

h Zac. 2. 8.
i Proverb.
8. 31.
k Ioan. 15.
14.

In Cant.
Sapè.

HINC oritur tertia proprietates pfectæ ami-
citæ, vno videl. cuius causa dicitur, q amicus
est alter ego, & q amici sint vna anima in duo-
bus corporibus; & q anima plus sit vbi amat,
q vbi animat; ideoq; veri amici vehemēter de-
siderāt esse simul, & mutuo cōuersari. Quæ p-
prietates multò amplius resplendet in amicitia
Dei nostri: efficit, n. vt q qui amore adheret ipsi,
vnus spiritus sit cū eo. Et ponit nos intra seipsū,
sicut est pupilla intra oculū, iuxta illud h qui
vos terigerit, t̄git pupillā oculi mei: Habetq; in
i delicijs Esse cū filijs hominum, & familiariter
cū illis agere, suaq; secreta illis aperire, iux-
ta illud Christi ad suos Apost. k iam non dicā
vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Domi-
nus eius; vos aut̄ dixi amicos, & tali vos loco ha-
bui, quia omnia quæcunq; audiui à Patre meo,
nos feci vobis: Ac deniq; eos deducit in coelū,
vbi hæc communicatio familiarior erit ac-
strictior; quia continuè erunt in eius, præsen-
tia, immersi in eius diuinitatem; aspiciētes eū
facie ad faciem, & sic conseruantes intimam
cum eo, familiaritatē. O Deus amantissime,
nunc aduerto, quam optimo iure voceris sp̄s
suis animarum nostrarum, quas & tu sponsas
appellas; vt qui sis vnus spiritus & cor v-
num cū illis, ad eō tenerè amanterq; cum illis
agens, quali nunquam sponsus aliquis egit
cum sibi dilecta sponsa. Quis vnq; credidisset



talem modum amoris, nisi tu eum reuelasses,
 & quis eam conuersandi formam assequi po-
 tuisset, nisi quem tu participem eius faceres.
 1 *Iob. 7. 17.* O dilecte mi, *quid est homo*, quia sic magnificas
eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Pone
 Domine cor meum intra tuum, & ostende mi-
 hi tui amoris magnitudinem, faciens me vnum
 tecum, vt te diligam sicut me diligis. si que
 amicitia etiam ex mea parte perfecta, sicut ex
 tua est perfectissima.

Ex his veræ amicitia proprietatibus, ma-
 gnum concipiam desiderium ostendendi ami-
 citiam & charitatem, quam habeo erga Deum
 Dominum nostrum, in simili amicitia & cha-
 ritate erga meum proximum, propter ipsum
 Deum; ita vt æqualem me illis, & humanum
 præbeà, eosq; qua ratione mihi licebit exal-
 tem, communicans illis corporalia & spiri-
 tualia bona mea; & faciens me vnum cum
 omnibus, amanter cum illis agens, eo
 fine, vt ament Deum, & sic ille
 multos habeat amicos, in qui-
 bus glorificetur in æter-
 num. Amen.

(:)

OS SO

MEDI-